

ob insignem auctoritatem, vitæ meæ iacturam faciam, & avaris prædonibus prædæ siem, atque, prostitutione magni huius mysterij, ingentibus peccatis me onerem. Apud Sen- divogium Lector facile cognoscet, quod videlicet, quoties- cunque sese Magnatibus manifestasset, toties etiam omni tempore discrimen subierit. Experientia testis est diversos philosophos, sui rationem curamque minus provide habentes, ab avaris superbisque hominibus, animarum suarum iacturam nauciæstumantibus, trucidatos, & Tinctura spoliatos fuisse. Ratio confirmat, quemlibet, ingentem thesaurum publice portantem, illius iacturam ægre ferre. Seu- giuogius, in Anagrammatismis suis, nomen suum occulta- vit. Non ita pridem novus aureæ Crucis frater, per ana- gramma & enigma innotuit, cuius etiam nomen mihi mi- nime ignotum est: quur igitur & ego toti terrarum orbi in- notescerem? Esto contentus, amice mi, quod sapientibus me prodam, & simul tibi nomen meum notum faciam, quod sane absque errore factitavi, cetera Deo commen- dans, qui tibi mei notitiam reuelabit, si id cum tuo, meo- que, emouimento fieri poterit. Ne tantopere nomen meum non nescire aueas, quod, vel me, si prius nosset, nihilominus tamen hocce cum Tractatu animum tuum explere neces- sum haberes: sum Bernardo à Tresue, & inclinantibus